




Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/319015>

THESES
JURIDICAE INAUGURALES.



19

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

FRANCISCI CORNELII DONDERS,

MED. DOCT. ET PROF. EXTRAORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

ALBERTUS VAN NAAMEN VAN EEMNES.

Zwollensis.

A. D. XVIII Decembris, anni MDCCCLII, hora II.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD VAN HEIJNINGEN ET POST UITERWEER.

MDCCCLII.

THE ZENKOKUKEI SHUNSHO

CHUHOKUKEI SHUNSHO

SHUNSHO, KOMATSU, HOSHIMOTO, KU-

SHIYU, TSURUYA, TANAKA, YOSHIMOTO,
YOSHIOKA, YOSHIZUKA, YOSHIZUMI

YOSHIZUMI, YOSHIZUMI

THESES.

I.

Maritus, qui patitur sciens uxorem rem suam, sibi ab extraneo donatam, usucapere, hanc vindicare potest, cum sit donatio prohibita.

II.

Minus probanda sententia cl. MAREZOLL, *Zeitschrift für Civilrecht und Process*. T. X, p. 299 *sqq.* «legatarium Jure Justiniane actionem in rem habere, si rei alienae legatae heres dominium nactus est.”

III.

Donatio omnium bonorum, quae quis tempore mortis habiturus est, non valet.

IV.

Minus probanda est sententia SAVIGNI, *Obligationenrecht* T. I. p. 277. «dass der zahlende Bürgé keine *utilis actio* hat,

woraus wir schliessen müssen, dass Er auch keinen Anspruch auf Cession der klage gegen den Mitbürgen gehabt haben kann."

V.

Usucapio pro herede non prodest bonae fidei possessori.

VI.

Minor sine patris vel tutoris consensu se militiae adstringere nequit, neque excipiendus is est, qui jam ex lege militiae adscriptus est.

VII.

Qui hereditatem pure adiit tamen legatariis et donatariis detrahere potest, quod portioni legitimae deēst.

VIII.

Debitor hereditatis, si convenitur ab herede, cui illius obligatio in judicio familiae erciscundae assignata est, detrahere potest quod sibi a coherede debetur.

IX.

Qui fundo vi dejectus est, neque actionem ad manutentionem possessionis (*tot handhaving en herstelling*), neque actionem ad recuperandam possessionem (*tot herstelling*) habet adversus eum, qui fundi possessionem nactus est, ab eo, qui vi dejecerit.

X.

Fidejussor in contractu locationis et conductionis, qui pensionem solvit pro conductore, contractus rescissionem petere non potest.

XI.

In art. 1006. al. 4. C. C. verbis «vruchten of interessen” non intelligendae sunt usurae legales.

XII.

Nova in jus vocatio non requiritur, si actor, postquam lis in albo deleta est, denuo litem instaurare velit.

XIII.

Ex art. 774 C. M. etiam jura, secundum art. 513. al. 2. C. M. intra quadraginta dies ante foro cessionem constituta, irrita sunt.

XIV.

Si primus emtor foro cesserit, venditor etiam post triginta dies privilegium habet pecuniae non solutae a secundo emtore.

XV.

Non adsentior sententiae curiae Amstelodamensis, 31 Martii 1843, dicenti: «licere cuilibet oneratori in casu art. 473, al. 4, C. M. merces recuperare, si magister interpellatus iter non incipit.”

XVI.

Art. 164, C. M. etiam prodest trassanti.

XVII.

Minus probandum est, quod contendunt annotatores Amstelodamensis ad art. 4, C. M. «ofschoon de aard der overeenkomst van dading geen bewijs door getuigen toelaat, zal niets verhinderen dat eene dading tusschen kooplieden over eene koophandelszaak door getuigen worde bewezen.”

XVIII.

Non adsentior sententiae curiae Amstelodamensis, d. 29^o, m. Oct. 1852, dicenti : «diem literarum recognitionis, cognoscementum dicunt, venisse simulatque magister navis ad exonerationem paratus est, diem autem sine ullo dubio prorsus praeterisse si merces in loco destinationis navi revera exemptae sunt, et ideo post hoc tempus per indossamentum literarum recognitionis dominium transferri non posse.”

XIX.

Socii adulterii puniri nequeunt ex C. P.

XX.

Qui ex fundo conducto glebas defodit et contrectavit, furti tenetur.

XXI.

Art. 243, C. P. non spectat eos, qui in carcere civili detinentur, uti DALLOZ (*Jurispr. Gen.* T. XIV, p 220 n^o. 5), statuit.

XXII.

In C. P. verbis “fausses clés” non intelliguntur propriae domini claves, quibus quis usus est ad furtum committendum.

XXIII.

Nemo bancaeruptor condemnari potest, nisi sententia de ejus statu declaratoria praecesserit.

XXIV.

Conatus perfectus (*delit manqué*) minore poena adfici debet quam delictum consummatum.